

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5. Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. LXXXIII.

Hic iuntur in usu materie minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum, qui suscepit sacramentum; sicut in baptismo & confirmatione & extrema unctione, sed hoc sacramentum non consistit in usu aliquius materiae exterius apposita; sed loco materie se habent ea, quae sunt ex parte penitentis, unde sicut in eucharistia sacerdos sola prolatione uerborum super materia perficit sacramentum, ita etiam sola uerba sacerdotis absoluens super penitentem, perficiunt absolutionis sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, non minus competenter crucis signatio, quae adhibetur in eucharistia, quam manus impositio in signum, quod per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata: & tamen non est de necessitate huius sacramenti, sicut nec de necessitate eu-

Fas sine interpolatione, qua sit per peccatum, talis enim non habet tristitia causam: sed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum, non potest restituiri sine tristitia, qua quis dolet de peccato preterito, qd pertinet ad penitentiam.

A D U S E C O N D U M Dicendum, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, charitas, fides & misericordia non liberant hominem a peccato sine penitentia: requiri enim charitas, quod homo dolet de offensa in amicum commissa, & quod amico homo studeat fratrem facere: requirit etiam ipsa fides, ut pietatem passionis Christi, que in sacramentis ecclesiis operatur, querat iustificari a peccatis: requiri etiam & ipsa misericordia ordinata, ut homo subueniat penitendo sue iniuriae, quam per peccatum incurrit: secundum illud Propterea 14. Misericordia populi peccatum: unde eccl. 30. dicitur, Misericordia anima tua, placens Deo.

A D T E R T I U M Dicendum, quod ad potestatem excellentiae, quam solis Christus habuit, ut supra dictum est, pertinet quod Christus effectum sacramenti penitentiae, qui est remissio peccatorum, contulit mulieri adulteria sine exterioris penitentiae sacramento, licet non sine interiori penitentia, quam ipse in ea per gratiam est operatus.

A R T I C U L U S V .  
¶ 1. Prout sacramenta ecclesiis initium habent ab institutione Christi, sed sicut legitur Ioh. 8. Christus mulierem adulteram absoluuit absque penitentia: ergo ostenditur, qd penitentia non sit de necessitate salutis.

A D Q U I N T U M sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit de necessitate salutis, quia super illud Psal. 125. ¶ Qui seminavit in lacrymis & c. dicit glo. Noli esse tristis, si ad te bona voluntas, unde meritur pax: sed tristitia est de ratione penitentie, secundum illud 2. Corinth. 7. Quia secundum Deum est tristitia, penitentiam in salutem stabilem operatur. ergo bona voluntas sine penitentia sufficit ad salutem.

¶ 2. Prout. Propterea 10. dicitur, Uniuersa delicta operit charitas, & inf. 15. Per misericordiam & fidem purgatur peccata, sed hoc sacramentum non est, nisi ad purgandum peccata: ergo habendo charitatem & fidem & misericordiam, potest quisque salutem consequi, etiam sine penitentia sacramento.

¶ 3. Prout. Sacraenta ecclesiis initium habent ab institutione Christi, sed sicut legitur Ioh. 8. Christus mulierem adulteram absoluuit absque penitentia: ergo ostenditur, qd penitentia non sit de necessitate salutis.

S E D C O N T R A est, quod dominus dicit Luc. 8. Si penitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.

R E S P O N S U M Dicendum, quod aliquid est necessarium ad salutem dupliciter, uno modo absolute: alio modo ex suppositione, absolute quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutem conficeri potest: sicut gratia Christi, & sacramentum baptismi per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autem est necessarium sacramentum penitentiae, quod quidem est necessarium non omnibus, sed peccato subiacientibus: dicitur enim 2. Paral. Et tu Deus iustorum non poluis i penitentia iustis, Abraham, Isaac & Jacob his, qui tibi non peccaverunt. Peccatum autem cum consumatum fuerit, generat mortem, ut dicitur Iacob. i. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris, quod peccatum remouatur ab eo: quod quidem non potest fieri si ne penitentia sacramento, in quo operatur uirtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere penitentis, qui cooperatur gratia ad destructionem peccati, sicut enim dicit Augustinus super Ioh. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. unde patet quod sacramentum penitentiae est necessarium ad salutem post peccatum, sicut medicatio corporali, postquam homo in morbum periculosem incidit.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod glossa illa

videtur esse intelligenda de eo, cui adest bona uolun-

tia, inquit, in uita corporali, ut in aliis.

A D S E X T U M sic proceditur. Videtur, quod penitentia non sit secunda tabula post naufragium,

quia super illud Isa. 5. Peccatum suum qua si lodo predicatorum dicit glo. Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere: penitentia autem non abscondit peccata, sed magis careuat. ergo penitentia non est secunda tabula.

¶ 2. Prout. Fundamentum in aedificio non tenet secundum, sed primum locum: penitentia autem in spirituali aedificio est fundamentum, secundum illud Heb. 6. Non rursus iacentes fundamentum penitentiae ab operibus mortuorum, unde & precedit ipsu baptismum, secundum illud Act. 2. penitentiam agit, & baptizetur unusquisque vestrum. ergo penitentia non debet dici secunda tabula.

¶ 3. Prout. Omnia sacramenta sunt quedam tabulae, id est, remedia contra peccatum: sed penitentia non tenet secundum locum inter sacramenta, sed magis quartum, ut ex supra dictis patet. ergo penitentia non debet dici secunda tabula post naufragium.

S E D C O N T R A est, quod Hieron. 1. dicit, quod secunda labula post naufragium est penitentia.

R E S P O N S U M Dicendum, quod id quod est per se, naturaliter prius est eo, quod est per accidentem, sicut & substantia prior est accidente sacramenta autem quodam per se ordinantur ad salutem hominis, sicut baptismus, qui est spiritualis generatio, & confirmationis, quae est spirituale augmentum, & eucharistia: quod est spirituale nutrimentum: penitentia autem ordinatur ad salutem hominis quasi per accidentem, supposito quodam, scilicet ex suppositione peccati; nisi enim homo peccaret actualiter, penitentia non indigeret: indigeret tamen baptismus & confirmatione & eucharistia, sicut & in uita corporali non indigeret homo medicatione nisi infirmaret: indigeret autem homo per se ad uitam generatione, augmentatione, & nutrimento. & ideo penitentia tenet secundum locum

Sep. q. 65. a.  
1. cor. 2. ar.  
2. ad 4. & ar.  
4. co. 8. 4. di.  
14. q. 2. ar. 5.  
& in princ.  
exp. li. 8. 4.  
contra c. 71.  
Augu. in hoc  
loco tom. 8.

4. diff. 2. q. 50.  
ar. 3. ad 5. &  
di. 14. q. 1. 12.  
2. q. 4. & di.  
16. q. 4. ar.  
q. 1. ad 1.  
Glo. Hieron.  
illumin. locum.  
tom. 5.

Hieron. sa  
per illud  
Isa. 3. pecte  
tum qualis  
mat. 10. 5.